

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XIV**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

ipsum quoque oleo videatur. In vino ne catum noxam eidem adferre *Atheneus* author est; tritos vomitiones concitare scribit *Plinius*.

## C A P U T X I V . D E M U S T E L L A F L U V I A T I - L I , & M U R Æ N A .

**M**Ustella fluviatilis jecinora tanti sunt saporis, ut apud Thuringos olim Comitis eujusdam Bichlincotum matronam omnes dicant principatus sui redditus, in eorum consumissime deliciis. Ante natalem Domini præcipue laudantur, improbantur ante partum. Nam tum nonnullis in aquis grandinosa fiunt. Capones aliqui excisis jecinoribus pisces aquæ reddunt, confuto vuluere. Ventriculum illius cum suis appendicibus miras habere vires tradit *Encelius*. *In veteratum enim ut sit* (inquit) *in Saxoniam à matronis*, trahere mirifice secundas harentes, aut in partu relictas in potu datum; & magni momenti esse ad omnia matricis vicia. Colligi a- junct & oleum ex hepate ad Solem vel ad fornacis calorem suspensus intra vas virteum. Hoc tantæ præstantia in suffusionibus oculorum & maculis esse putatur, ut *Forelius in Observationibus*, miraculi instar tenebrosum visum lucidum reddere scribat. Ingentem *Murænarum* esse audaciam à *Nicandro* prodium est. Sæpius enim prodeentes è vivariis, laboriosos pescatores in salum fugientes mordere, & è navibus in mare pronos dejice-re solent. Cicurem tamen etiam esse, illius Muræna exemplo constat, quam *L. Crassus* qui cum *Cn. Domitio Censor* fuit, iauribus & gemmis distincto monili exornasse, *Macrobius*, *Ælianu*s, & alii testantur. Hæc appellantis *Crassus* cognoscet vocem, adnatabat vocata, cumque aliquid porrigeretur, gudio exiliens captabat. Elevit mortuam *Crassus* & sepulta affecit honore. Cum vero *Domitius acerbius* aliquanto in eum, dixisset; Stulte, *Crassus*, murænam elevisti mortuam respondisse fertur: Equidem ego de bestiæ morte flevi;

Tu

P I  
litteris nullis, ne ex  
quid sepulcra de  
sita *Plinius* l. 9. c. 12.  
om vero quod tradit  
nam accepte, top  
us, funditus ita accen-

C A P  
DE PERC

*Perus* veliculam q  
uem per idem emi  
In narrat *Gesnerus*, ol  
state cogit. Prae irri  
mod in retia incide  
am trahunt eadeter  
qua accidere, *Faustu*  
or in lacu pescatore  
pandine affectum, G  
or, scribit. *Pharaon*  
ur, ut magnum  
nomen qui in alpe  
rando agitatum,  
s. Maximus illius  
variat enim pilis is  
tans illius quodam insig  
ne dicunt. Hinc &  
unum, & illi etiell  
utrius, & plane  
vicio, periculo in Ind  
an insulam non am  
pedit. Eorumdem co  
loci est *Rondeletius*. A  
ut platinhorrefuscunt:  
item, ut nullus plane  
trameo quodam uno  
ad nomen cuiusvis  
teropus, oblongepe  
al. *Hæreticitacut*,

Tu vero nullos, ne ex trium quidem uxorum interitu, quas ad sepulturam dedisti, luctus percepisti. Ferunt, telle *Plinio l. 9. c. 23.* aceti gustu in rabiem agi. Mirum vero quod tradit *Aelianus l. 1. c. 37.* Si plagam unam acceperint, torpescentes perstare: sin plures inferas, funditus ira accendi.

## C A P U T X V. DE PERCA & PHOCA.

*Perca* vesiculam quandam rubram ex ore pendente per idem emittere, pescatores in Lemano lacu, ut narrat *Gesnerus*, observarunt, quæ vel invitata supernatae cogit. Præ iracundia autem id fieri existimant, quod in retia incidentur. Hoc enim tum maxime pati, cum trahunt eadem: sed mitum est hyeme tantum id ipsis accidere. Fatus adeo sibi cohærent continuo, ut eos in lacu pescatores glomerent. Iecus in omnibus grandine affectum, *Gregorius Mangoldus*, citante *Gesnero*, scribit. *Phoca* inter dormiendum tam alè sterunt, ut mugitum edere videantur. Pituitosum humorem qui in aspera arteria sit, inspirando & expitando agitatum, in causa esse scribit *Rondeletius*. Maximus illis cum mari est consensus. Excoriatis enim pilis in pelle ubique fuerint, ceu naturali quodam instinctu, prout se mare haberet, ita se getere dicunt. Hinc si mare turbatum in fluctus surrexerit, & illi erecti exsurgunt: sin mare pacificum fuerit, plane sternuntur. Quod cum non crederetur *Plinio*, periculo in Indico mari facto, circa Hispaniolam Insulam non amplius fabulosum haberet *Cardanus* asserit. Eorundem corio mutationes significati, author est *Rondeletius*. Austrinis enim ventis insurgentibus pili inhorrescent: in boreali constitutione ita defident, ut nullos plane affimes. Institutum à circumforaneo quodam unum vitulum vidit *Aldrovandus*, qui ad nomen cuiusvis principis Christiani, gaudio corruptus, obstrepere nonnulla visus est; ad Turcas vel Hæretici tacuit.

C A P U T